

cebamus, quacumque opinione admitta in quaestione illa, utrum census redimibilis percat, percepta res super qua ille fuit consignatus, admittendum quoque videri tanquam insum, ac licitum relatam pactum de redimendo nouum censum, redempto veteri, super quo ille fuerat impositus; nam imò quacumque admitta opinione, contrarium dicendum est, nempe pactum eiusmodi non valere, nisi iuxta superiorem declarationem, vt scilicet noni census debitori facultas semper maneat, si redimere illum, ob antiqui redemptionem nolit, alium censum, vel fundum aequè idoneum supponendi, cum & sic creditoris indemnitate consulatur, nec eius interesse magis, hoc vel illo modo id assequi, adeoque succedat iuris regula, \* quæ docet, nihil referre quid ex æquipollentibus fiat, l. mulier 22. in princip. ff. ad Senar. Conf. Trebell. l. 3. C. de institut. & substit. cum similibus, re-latis à Nicolao Euerardo in locis legalibus, loco 101. ab æquipollentibus, num. 1. & 2. Andrea Gallio præf. obseruat. lib. 2. obseruat. 13. num. 13. & de pace publ. lib. 2. cap. 6. num. 18. & de pignorationibus, obseru. 9. num. 2. id quod maxime procedit inspecta prima opinione, longè quidem veriore; vt diximus, quæ affirmat perire censum, perente re censita; nam etsi illa eius potissima ratio sit, quòd periculum rei empta perfectò contractu, emptoris, & non venditoris esse debet, at fallum est, \* contrarium effici posse pacto, quia etsi regulariter in contractibus, adeoque & in emptionis contractu, possit contrahens, ad quem alias rei periculum non pertinet, illud in se ex pacto suscipere, ex d. l. qua fortuitus 6. in fine. C. de pignorat. actio. & similibus re-latis à Feliciano, & aliis quorum in argumento meminimus supra num. 5. Ceterum non æquè verum est, in censu tale pactum admitti, vt eius periculum debitor subeat, non creditor, cum peculiaris eius natura repugnet, quicquid velint Parisius, & alij re-lati à Feliciano, vt obseruat melius Rotæ indices decif. 757. n. 3. vers. Nam hoc casu. 1. part. nouissimar. Nauarr. ad cap. si generaueris, l. 4. quest. 3. n. 77. Pater Gregorius Sayrus post Thefanum calum conscientie, in floribus decisio-num, lib. 3. tit. 10. de emptio. & vendit. decif. 14. pluresque alij non infimæ authoritatis viri, quemadmodum hæc omnia constabunt ex his, quæ inferius disserat. 33. dicamptius, & latius.

Alterum iam diluamus argumentum, quod sumptum est ex constitutione Nicolai V. de censibus, cui facillimo negotio respondemus, constitutionem illam specialiter emanasse erga regna utriusque Siciliæ citra, & ultra farum, quæ vulgò dicuntur Neapolis, & Sicilia, vt probant Iacobus Maynolus de titulis Regis Philippi, fol. 13. de Regno utriusque Siciliæ, Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap. 46. à n. 38. D. Ioan. Baptista Valencuela conf. 201. num. 1. tom. 2. in quibus, & Regna Aragoniæ, Valentia, & Maiorica-turæ, ac Principatus Catalonia, & Comitatus Rosilionis, & Ceritanæ continentur, quæ Castellæ Regnis tandem vnita, & incorporata sunt, vt nuper re-lati probant, maxime D. Valenzuela, eius rei originem tradens, & aliorum quamplurimum authoritate comprobans d. conf. 201. n. 34. 8. & 27. apud quas nationes vsque adeò auaritie cæcitas, & damnandæ ambi-tionis improbitas quorundam oculos excaecauit, vsu-riarique prauitas exerceuit, quòd illarum partium incolæ, pecunias indigentes, eas vix aliter, quam sceneratorum opera, quasi inaudium scemus exercitium, consequi possent, atque ita accipientium, nec citò reddendum bona insatiabili vsurarum voragine mis-ferabiliter consumerentur, vnde in terris Regni Sicilia, ultra montes constitutis, nempe Regnis Arago-niæ, & similibus, supra commemoratis, quicumque pecunias egebant, vt cum minori incommodo eas ha-

bere possent, sibi consulere consueuerunt per vendi-tiones annualium censuum, super bonis, ac iuribus suis, siue specialiter, siue generaliter impositorum. Quapropter Rex Alphonsus I. Aragonia tunc, & utriusque Siciliæ Rex, petiit à Nicolao, vt subditorum suorum damno plene, & opportune subuenire de be-nignitate Apostolica dignaretur, tam scilicet pecu-niario egentium, quam spiritali diuitum, ita vt di-ctum est pauperum necessitates subleuantium, certa censuali contractui præscripta forma, eaque quam suauis, minisque vel illis vel istis onerosa: quam utri-que huiusmodi supplicatione inclinatus, constitutio-ne sua sanctissimum indulsit, iuris moderando rigorem, vti ipse eiusdem constitutionis initio palam prohtetur; statuit enim, ac declarat, licite, & abique vlla vsuræ labe posse in illis partibus vendi, & emi census super rebus, proprietatibus, emolumentis, & iuribus quibuscumque vendendis, mediante instrumto gratiæ, quo venditori facultas fiat, census ipsos, siue eorum sortem principalem pro consimili pretio redimendi, posseque pro hypotheca, & securitate obligari perso-nas contrahentes, & omnia, & singula bona mobilia, & immobilia, huiusmodique contractus vallari quibuscumque pactis, stipulationibus, iuramentis, & penis, ad contrahentium tuicionem, & indemnitate tendentibus, ita tamen, vt annualis census decimam partem pretij recepti, seu sortis principalis non excedat.

Ex quibus planè constat, hanc Nicolai V. consti-tutionem in multis à iure communi deuiare, eamque specialiter, seu localem esse, nempe illis tantum locis, ac Regnis, quæ in ea expressa sunt, circumscriptam, adeoque ad alia minime trahendam fore, ex reg. leg. quod verò 14. cum duabus segg. ff. de legibus, cap. qua a iure communi 28. de regul. iur. lib. 6. vt in terminis notarunt Ioan. Baptista Lup. ad leg. 2. C. de pactis in-ter empt. comment. 2. §. 2. num. 86. (vbi ea ratione fa-ctum ait, vt ea constitutio inter alias extrauagantes communes appoita non reperitur) Ludou. Auen-dañ. & Ludou. Cencius de censibus, l. Ludou. Auen-dañ. hic verò part. 2. cap. 1. quest. 1. art. 4. n. 20. vers. Nec aliquid facit Abbas Villagut decif. seu consultat. deci-sua 1. num. 5. ac nouissime doctissimus Pater Ioan-nes Bapt. Scortia in selectis summorum Pontificum con-stitutiones, episcopus 37. theorem. 104. in fine principij; tamen \* de facto euenit, vt Bulla illa Nicolai apud plures alias nationes recepta fuerit, vt testantur Ioan-nes Lupus d. §. 2. num. 88. vers. Verum dubio, Burlatus conf. 214. num. 11. vers. Fuit tamen, & Felicianus 2. tom. de censibus, lib. 1. cap. 8. num. 2. vers. Neque etiam, qui tamen id iure factum esse perperam putat, quod & ipsum pro constanti supponit idem Felicianus vir alioqui doctissimus, qui in hoc plidissimè fallitur, tom. 1. sub eodem lib. & capite, num. 7. vers. Præterea ex duabus, & alibi sæpè. Vnde non obstant \* decisiones 17 Siciliæ, & Aragoniæ apud Garfam Mastrillum, Ma-rium Mutam, Iosephum de Sesse, & Fontanellam, in argumento re-latos, quia illa verè tantum sunt in illis Regnis, virtute dictæ Bullæ Nicolai V. quæ eor-um incolis, alioqui fe grauissimo scænore contra-dentibus, census sub illa forma permisit, vt & alias agnoscit Francisc. Milanenù decif. Sicilia 2. num. 108. & 116. cum tribus segg. & num. 12. lib. 2. argue alibi sæpè, nempe ex specialia quadam indulgentia, ad maius malum emittendum, iuxta reg. Text. in l. 1. §. toties, vers. Equius enim est, & §. quare & si ita, vers. Satius est enim, ff. de ventre in possess. mitem. l. absentem, §. in princ. vers. Satius enim esse, ff. de penis, l. quoties nihil 200. ff. de reg. iur. c. 1. & 2. §. distinct. cum similib. quam reg. pluribus exornauimus disert. 4. n. 51. & ultra ibi re-latos exortant ac declarat optime Malcard. de pro-bat. lib. 2. concluf. mibi 1067. num. 1. & 2. Octavianus decif.

decif. Pidem. 137. n. 19. Brunorus à Sole in compen-dio resolu orio lit. M. verbo mala facienda, ad fin. Tulchius præf. concl. tom. 5. lit. M. concl. 26. per totam, Aug. Barbof. axiom. 141. n. 6. Simon Vaz Barbof. & Gabr. Aluar. ad eadem axiom. lit. M. ille n. 16. hic verò n. 24. eius namque regule ratione potissimum motus est Nicolai V. quemadmodum aduertit rectè Ioan. Bapt. Lupus d. n. 86. vt ex hoc cauendum sit  
58 \* à Hier. Gabr. Martino Azpilicueta Nauarro, eodem Ioan. Bapt. Lupo, & aliis in argumento re-latis, gene-raliter docentibus iure etiam communi, seculo saltem proprio proprio Pij Quinti ex sententia Na-uarræ, imò & eo non seculo, ex aliorum opinio-ne, licitum, ac validum esse pactum in censu appo-situm, quòd debitor in mora soluendi redditus per aliquod tempus existente, possit ille ad redemptionem, siue sortis principalis restitutionem cogi; sic illic citra, & ultra fatum, idem Bulla Nicolai, plenam quoad contrahentem indemitatem paciscendi licentiam illorum Regnotum accolis tribuente, alias verò minime, vt contra illos, & alios ex veteri sententia resoluimus n. 29. itaqueque motu proprio Pij Quinti id sanè indubitatum est, vt ex rectè colligit Pater Molina de iust. & iure tom. 2. tractat. 2. disput. 390. num. 20. & 21. Sed nec \* talem licentiam concedere potest lex Principis secularis, cum concernat mate-riam, de vsura suspectam, eius cognitio, ac declaratio ad Ecclesiam tantum pertinet, cap. quoniam multi 2. 47. distinctione, cap. 1. cum sequen. lib. 1. 4. quest. 3. & 10. in risulo de vsuris, in decretalibus sexto, Clemens. & extrauagantibus, cum his, quæ ultra DD. vbi que, re-solunt optime Nauarr. in cap. noui, norab. 6. per il-lam quoque Textus id generaliter probantem, de in-dicis, & in cap. si fuerit iuris, l. 4. §. 3. num. 106. vers. Pra parte, & vers. 2. quò l. iudicari, Didacus Sahagun in cap. decernimus, de iudicis num. 139. §. 143. Mar-tia de iurisdic. 2. p. cap. 7. num. 17. & in terminis id apertius constat ex sæpe citatis extrauagantibus 1. & 2. de empr. & vendi. ac dicta Bulla Nicolai, & motu proprio Pij V. constitutioneque Gregorij XIII. cuius mox mentionem faciam, & obseruant optime Bruno-rus à Sole in compendio quæstionum legalium, q. 1. n. 15. Anton. Cardo in summa, seu praxi iudi-cum, & aduocato. verbo census, num. 19. ad medium, 60 vers. Cum enim illi pertineat. Quapropter \* ex defe-ctu potestatis nulla, & irrita est lex Nauarræ ab Ola-no re-lata in concordia, & nona re-latione aninomia-rum in iuris communis, & Regij, lit. A. num. 96. qua niti potuit vsus, per ipsum commemoratus num. 112. dum pactiorem commissi, ratione moræ in huiusmodi contractu censuali appoitam, vt executioni mandari possit, transfundit in pactum de re-petenda forte, atque ita huiusmodi pactum approbare videtur, prout eam legem rectè expendit Gaspar Rodericus de annuis redit. lib. 2. q. 1. num. 4. ad medium, quamquam Na-uarrus, & Gutierrez ab eo re-lati legem illam iustam appellent, id quod nec absolute est iustitiam verum est, nec tollit, eam legem aduocasse nullam ex pote-tatis defectu, vt nuper quoque diximus. Multoquo  
61 magis \* apud nos ex eodem defectu nulla erit in sen-su litterali accepta lex 68. Tauri, quæ est lex 1. tit. 15. lib. 5. noua compilar. pactiorem penæ commissi in censu, etiam redimibili permittens, atque adeò vsus forentis, & supremotum tribunalium praxi illam tantum admittit in censu perpetuo, siue referuatio abque redimendi pacto constituto super re eius, qui pensionem annuam sibi soluendam fore cauerit, vt testant D. Præf. Conarr. var. resolu. lib. 3. cap. 7. num. 1. versus finem, vers. Praxi tamen, & cum eo Olanus dicta lit. A. n. 97. vers. Sed praxi, Didac. Pe-ter. ad rubr. tit. 2. lib. 3. ordanament. pag. mibi 36.

vers. Quæri ut vterius, ac post innumeros alios, qui eam pactiorem, & rigidam nimis, & omnino illicitam esse tradiderunt, contra Bartholomeum Albornoz, Patrem Dominic. Sotum, Palacium Rubem, Anton. Gomezium, & Ioannem Garfam, pactiorem illam vice versa nullam vitium continere existiman-tes, resoluunt multò veridius Ioan. Gutier. præf. quest. lib. 2. quest. 163. num. 2. & 10. Felicianus de censibus lib. 1. cap. 10. n. 11. à vers. E con-rario verò, in vers. Quare au-hores, & vers. Neque et am-obstat, Gaspar Rodericus de annuis reditibus lib. 2. quest. 2. n. 61. Ludouic. Auen-dañ. & Ludouic. Cencius de censibus, ille cap. 90. post medium, vers. Quare nostram, hic verò p. 2. cap. 1. quest. 3. art. 5. num. 18. vers. Agus sen-tentia, Petrus Barbo ad l. 2. C. de præscrip. 30. vel 40. n. num. 341. cum 2. segg. Nec repugnant verba dictæ l. 68. Tauri, & similes leg. compilationis, ibi Si aliquo pusiore censo obre su heredit. vt Albornozius, & alij proxime re-lati existimant, cum illa æquiuoca sint, & accipi etiam in hunc sensum possint, id est si aliquis censum ad fauorem suum imposuerit, siue (quod idem est) referuauerit super fundo suo, quem sub eo onere perpetuò concesserit, & sic militat regula Textus in l. quoties idem, termo 67. ff. de reg. iur.

His illud pro coronide libenter addiderim, libentius & quam par esset, locutum fuisse Ioannem Baptistam Lupum in tractatu de vsuris, ad re-latum l. 2. C. de pactis inter emptorem, d. §. 2. num. 84. 87. & 88. dum ait, præfatam Nicolai V. constitutionem valde periculolam, & suspectam esse, anamque præbere iniquis, & vsuratis censibus, adeoque merito fuisse sublatam à Calisto III. & Pio V. ex duobus prælerim, Primum est, quia confirmat census redimibiles, non solum super particularibus, certisque rebus, aut iuribus constitutos, sed & super vniuersitate bonorum, & cum obligatione personali ipsius vendentis, quod \* extra  
62 iuris terminos esse constat ex his, quæ tradant rectè post Innocentium, & alios idem Ioan. Lupus d. §. 2. n. 63. ac plures alij, sequenti disserat. aptius à nobis referendi sub n. 20. eo quæ nomine rectè Felicianum taxat Auen-dañus de censibus, cap. 102. n. 6. ad finem. Alterum est, quia approbat census redimibiles, ex quibus pensio certa veniat annuatim exigenda, etiam vsque ad decimam partem recepti pretij, & sic ad rationem decem pro centum quolibet anno, cum tamen  
63 \* censuum venditores illam tantum, siue non maio-rem pensionem retribuere teneantur, quam recipere soliti fuerant ex bonis suis, censui subiugatis, vt colligitur ex constitutione Calixti III. sine extrauagan-tis 2. versis. Quod ipsi habi-ores, de emptione, & ve-ditione, illic, Et recipere soliti fuere illa ex domibus, terris, agris, pr adijs, possessionibus, & heredita-rijs, supra dictis, & alias probat idem Ioannes Lupus eo-dem §. 2. num. 80. & 81. Aperte namque fallitur vir alioqui doctissimus, \* nisi de deprauata illius  
64 Bullæ extensione ad quamplurimas alias nationes sensit, quo nomine, & nos Felicianum supra taxami-um num. 56. est enim longè verius, ac certius, in illis partibus, erga quas Nicolai constitutio emanauit, eam esse iustissimam, vel ex ratione illa maioris mali cuiusdam, quam idem Ioan. Lup. considerauit d. §. 2. n. 86. & quia nimis durum est, ne dicam insolens, & temerarium dicere, Nicolaum (hac de re tanquam Ecclesiæ totius caput legitime consultum) errasse, ac rursus quia constitutiones, \* quas idem Pontifex requirit, à naturali, & diuino iure non discrepant, quoniam in aliquibus dissentiant ad eo, iure, quod Martinus V. prius statuerat, & post Nicolaum Calixtus III. & Pius V. qui localem ipsius Nicolai constitutionem minime abrogarunt, gene-raliter probare, vt expressè ne id amplius in  
65 dubium



67 dubium renocari posset, declarant \* Gregorius XIII. in Bulla sua edita anno 1574 die 7. Ianuarij, relata a Stephano Quaranta in summa Bullar. rub. contrariae censuras pag. mibi 282. qua ad instantiam illius prudentissimi, ac ob facta, & dicta eius egregia perpetuo memorandi, Regis quondam nostri Philippi II. legitimi in Regnis illis Aragonia, & Sicilia successoris, iuxta ea, quae n. 54. notauimus, tandem Nicolai V. constitutionem pro Regnis ipsis confirmat, non obstante constitutione Pij V. his verbis. Nos ipsarum litterarum tenoribus diligenter consideratis, & re mature discussis, cum littere Nicolai nihil in se contineant, quod a ratione sit alienum, diuque in Regno Siciliae predicto magna cum incolarum tranquillitate obseruata fuerint, litteras vero Iy V. tam primo, quam secundo emanatas, eadem Regno minime expedire reseretur predictis Rex, &c. Supplicationibus predictis inclinatis, ut tam Regi ipsi, quam omnibus, & singulis Regni Siciliae ultra Pharam incolis, & habitatoribus, & locorum, ciuitatibus, & terrarum opinerariis, praesentibus, & futuris, census iuxta Nicolai V. constitutionem facere, emere, & vendere liceat, eosque sic constitutos, census validos, & licitos, non autem tenerarios esse, perinde ac si Pij V. praedicta littera non emanassent, tenore praesentium Apostolica autoritate concedimus, declaramus, & confirmamus. Ex quibus sic nonissime, & eleganter aduertit, primum Lupi argumentum re ipsa tantam referens, ac in tria circumsens Pater Ioann. Baptistia Scortia in selectis summorum Pontificum constitutionibus, epitome 37. theorem. 35. Ex cuius dictis

68 \* loquens colligitur solutio ad primum illud, seu trimembre argumentum, nempe Nicolai minime permisit, aut confirmasse census redimibiles, super vniuersis bonis, & persona vendentis constitutos, sed tantum statuisse, quod censuarius ad securitatem rei censui suppositae, quoad ipsius solutio, sed ratione reus quam censui subicit, itaq; tenetur lege emptionis, si res eadem fuerit euicta, & tanquam aliena, vel aliter obligata, vel forte principale emptori, seu censui domino reddere, vel aliam rem censui subiecte iuxta ea, quae & nos cum alijs resoluimus numero 233 & 297.

69 Que tamen patris Ioan. Baptistia interpretatio, quatenus vult, Nicolai V. minime probasse censui, super vniuersis vendentis bonis impositos, verbis Bullae Nicolai non satis adparari potest, imo cum eius decilio referatur ad narrationem, ipsi Nicolao factam de solita censuum impositione super bonis venditoris generaliter, vel specialiter, & nihil horum exprimat, sed simpliciter emanauerit, eodem modo videtur intelligenda, argum. Text. in cap. inter dilectos 6. vers. Caterum, cum relatis a gl. verbo pensionis, de fide instrumentor. & nos aliud agentes notamus infra disserat 35. n. 51. atque ita ex ea Bulla obseruatur Francisc. Burlacus conf. 14. num. 10. lib. 2. Francisc. Milanensis decif. 1. Sicilia num. 69. lib. 2. Mallrillus decif. 92. a. num. 9. lib. 1. Nec \* obstat pragmatica Regis Alphonfi, quae Bullam illam Nicolai sublequitur apud Phollerium, utramque referentem in praxi censuali, Illic. Iurium, vel honorum, super quibus censuaria ipsa fuerint specialiter onerata, ex quibus verbis, census super certis rebus constitui debere colligit, atque ita passim obseruari testatur idem Pholler. verbo huiusmodi censuaria super rebus, n. 45. ad finem. Qua ( quaequid sit de illius parte consuetudine, quae in facto tantum consistit, c. 1. de consuetudinibus, in 6.) quod ad ins quidem attinet, \* cum illud sumi non potest ex pragmatica Regis Alphonfi, qui quoad census instatiam id statumendi potestatem non habuit, nisi quatenus ex Bulla colligi potest, vt in simili

obseruati supr. n. 55. cum seqq. tum etiam nec Alphonfi ad aliam effectum exigit speciale census impositionem super certis bonis, nisi vt executio tranfite point contra tertios illorum posseditores, vel detentores, vt ex pragmatica illa hoc noni faciente aperte colligitur, & in commentario ad eam notat Petrus Phollerius verbo tam quam res iudicatae, numero 13. 16. 28. & 39. arq. ubi passim, & ultra alios aduertunt D. Gaspar Mallrillus decif. Sicilia 205. num. 2. & Felician. tom. 2. de censib. lib. 3. cap. 4. num. 5. Ludou. Cencius sub cod. tract. part. 2. cap. 2. quaest. 5. art. 6. num. 2. i. vers. Nec refert. Nec \* enim probo quod, vt relatum obicem ex pragmatica illa laupium euident, plures eius commentatores commiscunt, dum ipsam ita interpretantur, vt in ea demonstrationis gratia, & non pro forma specialis impositio requiratur, adeoque sufficiat expressio bonorum in genere, puta bonorum omnium, tam mobilium, quam immobilium, vt late profequitur D. Franc. Milanens. decif. 1. Sicilia a. num. 55. ad 68. inclusiue, lib. 2. haec siquidem interpretatio, vt libere profertur quod sentio, plane absurda, & inuisa est, quia praeter manifestum diuinationis vitium, secundum eam quidem nullus penitus effectus esset verbum specialiter, quo Alphonfi vitur in relata pragmatica, si nihil aliud importaret, quam si veteretur verbo generaliter, maxime cum Nicolai V. vtroque verbo, tanquam oppositae significationis vfus fuerit.

70 Quapropter verius est, quod idem Ioan. Baptistia Scortia prius dixerat, & nos quoque superius adnotauimus, Nicolai V. ex speciali illa ratione maioris vitandi mali, supra considerata, probasse etiam in memoratis Regnis censui redimibiles, super vniuersitate bonorum constitutos; quia est id repugnat naturae censuali contractus, a iure postmo introducta, non tamen iuri naturali, & diuino, quo talis impositio minime prohibetur, vt cum plaribus resoluunt Ludou. Cencius de censib. part. 1. cap. 3. quaest. 3. art. 1. num. 1. cum tribus seqq. atque ita plures viri doctissimi, quos ipse Cencius ibid. num. 4. referri ( licet ab eis ex veriore, ac receptiore sententia recedat a num. 7.) generaliter talem census impositionem probarunt, & nihilominus \* Gregorius XIII. praefatam Nicolai V. constitutionem declarans, illud ei ad finem addidit, vt in censuum optione, & venditione prius vnus, vel plurimum rerum certarum, super qua, vel quibus census ipse specialiter, & expresse constituitur, & deinde si contrahentes voluerint, omnium bonorum in genere mensio fiat, pro securitate scilicet rei, vel rerum censui suppositarum, census autem personales, aut super rebus non fructiferis impositos nec Nicolaus ipse permisit, vt recte probat Ioan. Bapt. Scortia ubi supra matmodum post alios resoluunt Azueus num. 4. & Mariencus gl. 2. n. 1. in d. l. 6. compilat. Felician. tom. 1. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 15. vers. Consuetudine verò, & a num. 18. a. num. 45. vers. Nihilominus, Gaspar Rodericus de annuis redditibus lib. 1. q. 6. n. 2. veroque Ludouic. Auendaa. scilicet, & Cencius in tract. de censibus, ille cap. 28. num. 2. & 10. & cap. 32. num. 5. & 9. hic verò a. 2. part. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 3. i. 5. & 16. scipio Konitus ad pragmatikas Regni Neapolitani, alphanberico ordine digestis, pragmat. 5. de censibus, n. 10. & 11.

71 Vnde etiam facile fit satis secundo Ioannes Baptistia Scortia argumentum, cuius forsitan auer Ioannes Baptistia Lopi non memini ob eius debilitatem, quod nimirum Bulla Nicolai V. ex eo quoque periculosa sit, quod approbet census, ex quibus pensio certa venit quotannis exigenda, etiam vsque ad decimam partem recepti pretij, cum ex constitutione Calisti III. in exarauagantijs 2. de empt. & vendit. ad eius tantum pensionis solutionem censuarius obligari possit, quam ex re subingata percipere solitus est, nempe

ideo, quia eo demum casu licita, & iusta est emptio census, siue iuris censualis, cum rei hypothite reditus incertus sit, nec sciatur quantum singulis annis ex ea percipiatur, & quanto tempore percipi possit, vt idem Ioannes Baptistia Lupus cum communi obseruauerat in dicta l. 2. Cod. de pactis inter empr. com. ment. 2. §. 2. n. 64. & 81. Quia \* praequam, quod relata Bulla localis est, & restricta ad Regna Siciliae citra, & ultra Pharam, & alia loca ibi expressa, in illis tantum permissis ratione maioris mali euitandi, quod alias non permitteretur, vt saepe diximus, & in his ipsis terminis docuit Ludouicus Cencius de censibus part. 2. cap. 1. quaest. 1. art. 4. num. 20. vers. Nec aliquid fieri, fallax deinceps est argumentum hoc, quia ita demum aliqui consideret, si Nicolaus V. ita pensionem illam annuam taxasset, dum statuit, quod illa non excederet decimam partem pretij, pro censu venditione recepti, vt simul constituitur, talem pensionem in omnem euentum esse soluendam, etiam si censuarius tantum percipere non sit solitus ex re censui supposita; at hoc minime dicit, atque adeo \* terminari habiles in eius constitutione supponendi sunt, ex regula l. qui estamento 20. Illic: Si aliud eos non impediat, ff. de testamento 2. cap. vnic. illic: Si aliud non obstat canonico, de atate, & qualis. lib. 6. cum similibus, quod scilicet censuarius alias eandem, vel maiorem pensionem ex re subingata, detractis expensis, ad eius beneficium, & conseruationem necessariis, percipere possit, ac soleat. Nec enim haec incertitudo ad certitudinem redigitur ob taxam certam pensionis, qua intra eos limites accipi potest, ac debet, & licet aliquando contingat, minorem percipi pensionem, non ideo minus census constitutio iustificatur, cum ad ea, quae frequentius accidunt, iura semper prospiciant, l. nam ad ea 9. Ineque leger 10.

78 cum alijs ff. de legibus. Quare \* tunc demum tantum illicita erit emptio census ob certitudinem reditus annui, cum talis certitudo verificatur circa tempus, quo census constituto durabit, quomodo loquuntur DD. citati a Iori. Lupo d. num. 54. & 81. nou verò cum vertitur dumtaxat circa taxam illius, quae potest esse varia iuxta consuetudinem regionis, vel iuxta Principis, etiam secularis, definitionem, vt apud nos constat ex l. 4. ad finem, & l. 6. tit. 15. lib. 5. nota compilat. vbi census pretium taxatum est ad rationem decimae quartae partis pro quolibet milliario, ita videlicet vt census debitor pro quatuordecim mille receiptis, mille quatuordecim pendat, & l. 12. eiusdem tit. & libri, in 3. tom. compilat. vbi taxatur ad rationem vicelima, quae de re dixi obiter, nonnullos congerens, d. differtat. 27. num. 1. & huiusmodi taxa,

80 \* a lege, vel consuetudine inducra, iusta censenda est, tam in foro contentio, quam conscientiae, quemadmodum post alios resoluunt Azueus num. 4. & Mariencus gl. 2. n. 1. in d. l. 6. compilat. Felician. tom. 1. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 15. vers. Consuetudine verò, & a num. 18. a. num. 45. vers. Nihilominus, Gaspar Rodericus de annuis redditibus lib. 1. q. 6. n. 2. veroque Ludouic. Auendaa. scilicet, & Cencius in tract. de censibus, ille cap. 28. num. 2. & 10. & cap. 32. num. 5. & 9. hic verò a. 2. part. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 3. i. 5. & 16. scipio Konitus ad pragmatikas Regni Neapolitani, alphanberico ordine digestis, pragmat. 5. de censibus, n. 10. & 11.

81 Ex quibus iustificari censo Regim pragmaticam anni 1625. de premio reductionis atq; monetae ad auream, vel argentaeam, cuius vno capite cum ita cautum esset. Que en las obligaciones, o contratos ya hechos de pagar en oro, o en plata, los deudores cumplan lo que no quieran recibiendo en las dichas monedas, o en pasta, con pagarlo en moneda de vellon a razon de los dichos diez por ciento, sequenti capite haec adnectun-

tur verba. Que esto mismo se entienda en los censos, que tuuiere: condicon de pagar los reditos en plata por que han de cumplir los deudores con pagarlo en vellon, y el irruque de lo que mostraren, a razon de los dichos diez por ciento, o a como corriere, si passare a menos al tiempo de la paga. Nec enim \* lautio isthae in hac se- cunda parte accipienda est de pacto appoito in constitutione census, facta in moneta aerea, quae et tunc id pactum probet, eique satisfieri disponat, soluendo in are reditus decem plus in singula centum, quia cum certum sit, hunc exitum accipi ultra iustos reditus, pro principali forte venditos, tale pactum proculdubio illicitum, & vlturatum esset, ex his quae in praeced. disserat. a num. 11. tradidimus, quae proinde a seculari Principe ex potestatis defectu probari posset, iuxta ea, quae paulo ante resoluimus ex num. 59. sed exaudiri \* potius debet de pacto illo appoito in census constitutione, in argentea moneta iuxta frequentissimum morem facta; nam cum fors ipsa tantum fit, quae in tali moneta facta est, nec ex argento certum nasci possit, cap. sicut ibi 8. vers. Interdum, q. 7. distinct. pactum soluendi in illa reditus annuos, vltra acceptum sit, & quo tempore fuit interpositum, in illum esse potuit, nec venditori damnosum, ob aequalem, vel fere similem valorem vtriusque monetae. Caterum cum postea extrinsecus argenteae monetae valor nimis excreuerit, ita vt valde damnofa census venditori pactio illa redderetur, tamen ex eo capite omnino vel iniqua videretur reicienda; atque augmento Textus in l. ex falso 43. illic: Etenim inia quam incipit fieri beneficium Principis, si adhuc id valere dicamus ff. de vulgaris, & pupill. subst. l. fin. §. fin. ad fin. ff. de liberat. legata, cap. suggestum 9. vers. Sed nunc ext. de decim. &c. quorò 16. sub simili vers. iuncto vers. Indulgemus, de censib. & exalt. cum his, quae vltra DD. obique, in simili resoluunt Pileus quaest. 48. & Bartholomeus Brixianus quaest. 50. alias §. 1. inter quæstiones diuersorum, nouissimè Scipio Theodoros allegat. 23. num. 4. & latius ad num. 7. quia tamen fit tale pactum omnino remoueretur, emptor quoque, qui tempore habili sibi per id prospexit, iusto penuniae suae lucro fraudaretur, quippe qui si monetam argenteam, in qua sortem principalem soluit, & ex qua sibi reditus solui pactus est, penes se haberet, posset ex eius iusta commutatione iuxta temporis incrementum multo maiores reditus emere, merito memorata sanctio & in censibus moderatorem illam fecit, quam Hispalensis, & Granatenfis Senatus me iudice passim admiittit, & iuxta eam censuaria instrumenta executioni tradidit illa namque minime potestatem excessit secularis Principis, \* qui sicut potuit ab initio certam praescribere taxam annuorum redituum quantitatis, potuit etiam ex post facto illam augere emptoribus, qui sibi per memoratum pactum tempore habili prospexerunt, eorum iustum interesse ad moderatam illam xis quantitatem redugens, vt eam saltem virtute illius pacti haberent, quae earent hi, qui sibi ita non consulerunt, in eo quidem non ex parte tantum, vt illi, sed omnimodo demortuae ( vt vocant) penuniae damnum subentis.

Quod fit, vt multo magis valeat, ac seruandum sit pactum, in census constitutione interpositum, vt foras principalis redemptio in eadem facta moneta aurea, vel argentea, in qua fors ipsa venditori numerata est. Non solum illis accedentibus conditionibus, quas requirit, alioqui verò huiusmodi pactum improbanz Pater Leonardus Cestus de iust. & iure lib. 2. cap. 22. num. 49. & 50. quem refert, & sequitur Ludouicus Cencius de censibus parte 2. cap. pie 1. quaest. 3. artic. 7. num. 29. atq; sub alijs limitationibus, quas regulæ in primis simpliciter potestatis, vt tale pactum valeat, subiungunt Gaspar Rodericus



de annis redditibus lib. 1. quest. 18. à num. 43. ad 50. & Martinus Bonacina de contract. disput. 3. quest. 4. unctio unico, num. 35. Sed etiam abolatè, cum \* & ubique vilo pacto idem omnino pretium in specie, & quantitate à debitoro redimendum sit, quod ipse in census creatione accepit, vt forma creationis in resolutione seruetur, argum. Text. in l. vria prædia 31. vers. Et quemadmodum. ff. de seruitutibus rusticorum, leg. heredes palam 21. §. 1. illic. Omnia ex integro facienda sunt. ff. de testam. leg. quemadmodum 8. ff. de acquirend. possess. leg. inter stipulantes 83. §. 1. sciam, illic. Quoniam vna & eadem causa & obligandi, & liberandi esset, ff. de verbor. obligat. leg. præter quidque 80. ff. de solut. leg. nihil tam naturale 35. & l. ferè quibuscumque 195. ff. de regul. iur. leg. 1. vers. Etenim. Cod. quando licet ab empr. disced. leg. si ad resol. uendum 7. Cod. de p. adis. & aliis reb. minor. Authent. e contra si filij, vers. Quia sicuti in contrahendo, C. de repudiis, c. omnis rei, 27. q. 2. & ext. de reg. iur. cum vbi- que notatis, & à glossa magna vers. Et quod facit, in l. de tutela 7. C. de in integr. restit. ac post alios salone in l. quod iussit 14. n. 12. in princ. vers. Nam que requiruntur, de iudicatis, & conf. 141. n. 2. lib. 4. Tiraq. ad leg. conubiales gloss. 5. n. 11. 12. & 13. Vincent. de Franchis decis. 48. num. 6. & decis. 136. num. ult. Hippol. R. imin. conf. 430. num. 7. & 9. lib. 4. Stephan. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. cap. 168. à numero 1. ad 7. Mario Girba decis. 49. num. 12. ex qua ratione licet non sic exoptata sic in terminis docuit Ludonicus Anandàn de censibus, cap. 102. num. 4. vers. Ego verò, unctio vers. Addendo huic considerationi. Quicquid alias quoad solutionem debiti in vna moneta contracti, an in alia fieri possit: res sit non parum controvertenda, iuxta tradita à Rebuffo tom. 1. ad leges Gallicas, tract. seu tit. de literis obligator. art. 5. gloss. 1. num. 3. Ludov. Mexia ad pragmat. taxa panis, post 7. conclusionem, in eiusdem pragmat. commento, verbo maraudis, Pinelo in rubr. C. de rescindend. vendit. 1. part. cap. 3. num. 16. & 17. Parladorio lib. 2. rerum quotidiana. cap. fin. 5. part. §. 17. num. 17. & 18. Petr. Aug. Morla in empirio iur. tit. 8. de reb. credit. quest. 13. per totam. Nam aliud est debiti solutio, aliud resolutio contractus, que (vt diximus) eandem per omnia requirit solemnitate, que in illius formatione interuenit.

87 Pacto verò accedente, \* minus dubium est, quin & solutio debiti, multo que magis contractus resolutio, adeoque census redemptio, in eadem pecunia antea vel argentea, que initio intercessit, fieri debeat, iuxta regul. leg. 2. §. 1. de reb. cred. sequent. dissertation. à me aptius exornanda, ex qua id ita cum Bart. & aliis communiter, admittant Rebuff. d. gloss. 1. num. 5. D. Præles Conarru. quanquam non satis firmiter de veterum munusatum collat. cap. 7. §. vni. num. 1. Mexia d. verbo maranedis, circa med. vers. Nisi in contractu, Ioan. Gutier. præter. quest. lib. 2. quest. 179. n. 2. sub vers. Secus verò erit, tamen aliud apud Lusitanos statutum sit, vt referunt Pinel. d. cap. 3. num. 17. vers. Et apud Lusitanos, & Morla d. quest. 13. num. 3. vers. Equius sane, cuius contrarium iuxta communem sententiam, nuper relata aperte apud nos definitum extat in relata pragmatice anni 1625. tam in relatis verbis: Lo que no vniereen recibido en las dichas monedas, o en pasta, quàm in vers. Que no se puedan hazer, illic: Obligaciones algunas de qualquier calidad que sean, a pagar en oro, o en plata, sino fuere lo que se oviere recibido en ella, nempe per argumentum à contrario sensu, quod & fortissimum, & apertissimum dicitur in l. 1. §. huius rei; ff. de officio eius, & in leg. si que locuples 57. illic. Vi apertissime curare videatur, ff. de manumissis testam. eo que velut tali ipsi iuris auctores passim vtuntur, leg. ex eo 18. (vbi gloss. verbo colligitur, id argumentum bonum vocat)

ff. de rebus, leg. qui testamentum 20. §. mulier; vbi gloss. verbo argumento est lex, vers. Et nota, id pro lege accipi obleruat) ff. de testam. cum aliis adductis à Card. Franc. Mantice, de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 16. num. 1. 2. 3. qui num. seqq. late explicat, quod & preliitit post innumeros penè alios D. Ioan. del Castillo quorundam controuers. tom. 5. cap. 88. per totum, maxime à num. 5. Nec \* quoad hoc pragmatice illa 88 sublata vel suspensa est per aliam anni 1628. de reductione areæ monetæ ad antiquum valorem, sed tantum quoad præmium in prima taxatum reductionis areæ monetæ, ad auream vel argenteam, quod putarunt legislatores minime iam necessarium futurum fuisse; hæc etenim ratione vtuntur, quod cessante iam extrinseco monetæ areæ valore, qui & pretiorum augmento, & maiori auctæ, atque argenteæ monetæ ætimationi, eiusque pro areæ permutationis excessui causam præbuit, conuenienter talia augmenta, & excessus cessabunt, & omnia ad æquilibrium reducentur, vt ex posterioris illius pragmatice verbis videre licet, que sic se habent: Y por que hecha la reduccion desta moneda a su valor antiguo, el precio de las cosas se ira igualando con el, y cesaràn los excessos que ha auido en ello, y en las ruegas, y por auerme lo suplicado el Reyno, y Prorincias, y otras Ciudades, es nuestra voluntad por aora suspender, como por la presente mandamos queden suspendidos la prematica de las cassas de las cosas, y las de los ruegas de moneda de vellon a plata, &c. & nihilominus cum hæc Regia sanctio sub illo supposito disposita est, & id verificatum minime fuerit, imò adhuc permutationis excessus in dies valde creuerit, itant ei per varias alias pragmatice, longè maiorem taxam eiusmodi permutationis præfinites, occurrì non poterit, prioris pragmatice taxa quoad annuos redditus, qui ex partium conuentione in moneta argentea debentur, ob formem principalem in eadem moneta acceptam, vt in areæ solui possint, ad decimæ rationem tantum in singula centum, semper in viridi obseruantia manit, & adhuc manet.



D I S S E R T A T I O XXIX.

De eadem materia census consignatiui, super simili alio impositi, & an & quando annui redditus inter bona immobilia computentur, qualiterque differant à simplicibus iuribus, & actionibus?

S U M M A R I A.

- 1 Censui redimibili, an super alio redimibili constitui possit? satis expeditum non est, & negatiua sententia ex aliquibus persuadetur, cum num. seqq.
- 2 Censui redimibili, res stabilis non est, sed mutationi, & extinctioni obnoxia, atque adeo magis inter res mobiles, quam inter immobiles videtur computandus.
- 3 Censui subingatur, siue super quo consignatiui census imponitur, perpetuum, & irredimibile esse oportere qui docuerint?
- 4 Pactio seu conditio, vt redemptio censui subingatur, teneatur venditor nouum super illo impositum redimere minime videtur abhorreere ab æquitate, & iustitia censuali contractus, imò et maxime conformis.

- 5 Pretium à lege censui redimibili assignatum, nempe ad rationem vicefima pro miliario, vt eius valori æqualeat, & iustum sit, planè exigis; rem censui suppositam securam esse, & numero 57.
- 6 Censui super alio impositi debitor si illo redempto dicat se fore paratum, rem aliam securam suo censui supponere, non videtur creditor compellendus ad hæc ablationem admittendam, cum de ea ab initio non conuenierit, & alternatiua saltem de ea re conuentionem præcedere oportere plurimi affirmarunt, & numero 58. 59. & 60.
- 7 Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.
- 8 Censui creditor, qui vno dumtaxat modo sibi proposuit in casu redemptiois antiqui census subingatur, nempe vt census sibi debitus tunc redimeretur, alium securitatis modum per nona hypotheca suppositionem frustra desideraret, debitoro renitente, & quare? ac num. 61.
- 9 Emerere vel vendere inuitus nemo compellitur.
- 10 Censui redimibili super simili alio censu constitui potest, ex vniuersa sententia, contra plures contrarium tenentes.
- 11 Censui seu redditus annui, iure aliquo perpetuo, vel quasi, debui, inter bona immobilia eius, cui debentur, computantur.
- 12 Censui reseruatui qui sunt, & in quo differant à consignatiui, seu redimibilibus?
- 13 Redemptio censui consignatiui redimibilis, pendet ex sola voluntate debitoris, que omnino incerta est, atque adeo in consideratione non habetur, nec impedit quominus ille inter immobiles computetur, & quasi perpetuus censetur.
- 14 D. Ludonicus Molina, & alij contrarium docentes, taxantur.
- 15 Sine iure non possunt distinguere, nec absque rubore loqui.
- 16 Censui seu redditus annuus, siue intra ad illos exigendos ex fundo, vel re alia immobili competentia, qui neque inter mobilia, neque inter immobiles bona quoad iuris effectus saltem in exorbitantibus à iure communi connumerari volumus, sed tertiam speciem constituit, reselluntur, & à n. 19.
- 17 Mobilia, & immobilia bona longe inter se differunt, propriamque, ac distinctam significationem habent.
- 18 Iura, & actiones in iure tertiam constituunt speciem, sub appellatione bonorum mobilium, & immobilium minime comprehensam.
- 19 Censui, seu redditus annui, siue illos exigendi iura, longe plus habent quam simplici iura & actiones, seu debitorum nomina, & quare? ac n. 22. & 35.
- 20 Iura annuorum reddituum, principaliter rei immobili coherent, super qua tantum census possunt, eaque certa ac frugifera in ea saltem quantitate, que valori debite personis sumptibus deductis, æqualeat.
- 21 Censui personales siue super sola vendentis persona, cum personali etiam bonorum obligatione impositi, illiciti sunt, remissine, ibid.
- 22 Censui consignatiui, siue ius annui redditus redimibilis, cum rei immobili, super qua imponitur, coherent, ratione cuius coherentia dicitur consistere in eodem loco, in quo res, quibus coherent, sita sunt.
- 23 Iura simplicia nominum, vel actionum tam ex natura eorum stricta, quam ex censura iuris tertiam constituunt speciem inter bona mobilia, & immobilia.

¶ Censuum, siue annuorum reddituum intra strictè tantum tertiam constituunt speciem, non etiam ex iuris censura, propter æquiparationem ab eo factam bonorum iurum bonis immobilibus, ibidem & numero quadragesimo secundo.

- 23 Dispositio omnis, siue legis, siue hominis, de bonis immobilibus loquens in annuis redditibus verificatur.
- 24 Lex noua in vno casu loquens, procedit etiam in alio, qui ei per legem antiquam æquiparatus est, in quacumque versetur materia, etiam correctoria, & penalit.
- 25 Lex de bonis immobilibus generaliter disponens, puta vt possidens immobilia ab onere satisfaciendi releuetur, vt immobilis bonorum bona absque decreto non alienentur, & similes, in annuis redditibus verificatur.
- 26 Lex vel statutum, retractum rei immobilis vendite proximiori consanguineo intra certum terminum concedens, non solum procedit in re vere immobili vendita, sed etiam in iure annui redditus, ei æquiparato.
- 27 Lex 3. titulo decimo, libro tertio, fori, lex 70. cum 5. seqq. Tauri, & lex septima, cum octo seqq. titulo vndecimo, libro quinto, compilat. de retractu rei immobili patrimonialis loquens, contra plures Regnicolas explicantur, vt procedant etiam in iure annuorum reddituum, ibidem.
- 28 Leges municipales, seu consuetudines quorundam locorum Hispania disponentes, vt bona immobilia redeant ad stipitem, vnde prouenerunt, procedunt etiam in annuis redditibus.
- 29 Lex 6. Tauri, in final. & lex prima, inde sumpta, titulo 8. libro quinto, compilat. que leges illas seu foros municipales probant, eodem modo intelliguntur, contra Regnicolas communiter, ibidem.
- 30 Dispositio hominis, simpliciter de bonis immobilibus facta, annuos redditus complectitur.
- 31 Homo in dubio iuris dispositioni se conformare videtur, ibidem.
- 32 Aliud est, si ex verbis dispositionis contraria coniectura sumi possit.
- 33 Expressum illud etiam censetur, quod ex dispositionis mente, & coniecturis colligitur.
- 34 Decisio incidens Granatensis pratorij refertur.
- 35 Censui debitor cum redimens, potest vice pretij, seu sortis principalis, dare alium fundum, in eadem quantitate æstimatum.
- 36 Maioratu, seu vinculo de bonis immobilibus simpliciter fundato, annuorum etiam reddituum iura, sub huiusmodi institutione comprehenduntur.
- 37 Nomina debitorum, siue simplicia iura, & actiones, neque ex iuris interpretatione, neque ex communi usu loquendi, comprehensa videntur, sunt in vinculo de bonis immobilibus facta.
- 38 Exempla licet regulam non restringant, tamen declarant eam, vt non procedat, nisi in casibus, omnimodam, ac propriam similitudinem cum expressis habentibus.
- 39 Specierum quarundam enumeratio post generalem dispositionem facta, regulariter adiecta censetur gratia demonstrationis, aut tollenda dubitationis, cum n. seqq.